

MISSÆ PROPRIÆ  
PATRONORUM,  
ET  
FESTORUM  
REGNI POLONIÆ.  
AD NORMAM MISSALIS ROMANI  
ACCOMODATÆ.

**FESTA NOVEMBRIS.**

*Die XXX. Novembris.*

**IN FESTO**

S. ANDREÆ Apost. Patron. Dioeces.  
Varmiens. Missa, ut in Missal. Roman.

**FESTA DECEMBRIS.**

*Die IV. Decembris.*

**IN FESTO**

S. Barbaræ Virginis & Martyris.

Introitus. Psal. 18.



Oquébar de testimoniis  
tuis in conspéctu re-  
gum, & non confun-  
débar: & meditábar  
in mandatis tuis, quæ  
dilexi nimis.

**Psalm. ibid.** Beati immaculati in via,  
qui ámbulant in lege Dómini.

**V. Glória Patri.** **Oratio.**

D Eus, qui inter cætera potentiae tuæ  
miracula, étiam in sexu frágili  
victoriā martyrii contulisti: concéde  
propítius; ut, qui beatæ Bárbaræ Ví-  
ginis & martyris tuæ natalitia colimus,  
per ejus ad te exémpla gradiámur. Per  
Dóminum nostrum Jesum Christum Fi-  
lium tuum: qui tecum vivit & regnat in  
unitate Spíritus sancti Deus.

Léctio libri Sapientiæ. Eccl. 51.

C onfitébor tibi Dómine Rex, &  
collaudábo te Deum Salvatorem  
meum. Confitébor nómini tuo: quóniam  
adjútor & protéctor factus es mihi,  
& liberásti corpus meum à perdi-  
tione, à láqueo linguæ iniquæ, & à lá-  
bijs operántium mendácium, & in con-  
spéctu astántium factus est mihi adjútor.  
Et liberásti me secundum multitúdinem  
misericordiæ nominis tui à rugientibus,  
præparatis ad escam, de mánibus quæ-  
réntium ánimam meam, & de portis tri-  
bulationum, quæ circumdedérunt me  
à pressura flammæ, quæ circúmdedidit  
me, & in médio ignis non sum æstuáta:  
de altitudine ventris íferi, & à lingua  
coinquináta; & à verbo mendacijs, à re-  
ge iníquo; & à lingua injústa. Laudá-  
bit usque ad mortem ánima mea Dó-  
minum, quóniam èrui sustinéntes te,  
& liberas eos de mánibus géntium, Dó-  
mine Deus noster.

**Graduale. Psalm. 44.** Dilexisti justi-  
tiam, & odisti iniquitatem. **V. Propté-  
rea unxit te Deus, Deus tuus, óleo læ-  
titiæ. Alleluja, alleluja.**

**V. ibid.** Adducéntur Regi virgines post  
eam, próximæ ejus afferéntur tibi in  
lætitia. Alleluja.

190.945

xvi. 47032

A

190945 Sequen-



**S**equentia sancti Evangelij secundum Matthæum. **Matth. 25.**

**I**n illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile erit regnum cœlorum decem virginibus: quæ accipiētes lámpades suas, exierunt óbiam sponso, & sponsæ. Quinque autem ex eis erant fátuæ, & quinque prudentes: sed quinque fátuæ acceperunt lámpades, non sumperunt óleum secum; prudentes vero accepérunt óleum in vasis suis cum lampádi bus. Moram autem faciente sponso, dormitaverunt omnes, & dormierunt. Média autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite óbiam ei. Tunc surrexerunt omnes vírgines illæ, & ornaverunt lámpades suas. Fátuæ autem sapiéntibus dixerunt: Date nobis de óleo vestro: quia lámpades nostræ extinguiuntur. Responderunt prudentes, dicentes: Ne forte non sufficiat nobis, & vobis, ite pótius ad vendéntes, & emite vobis. Dum autem irent émerere, venit sponsus: & quæ paratae erant, intravérunt cum eo ad nuptias, & clausa est jánua. Novissimè vero véniant, & reliquæ vírgines, dicentes, Dómine, Dómine áperi nobis. At ille respondens, ait: Amen dico vobis, nescio vos. Vigiláte itaque, quia nescitis diem, neque horam.

**Offertorium. Psal. 44.** Afferentur Regi vírgines post eam; proximæ ejus afferentur tibi in lœtitia & exultatione adducentur in templum Regi Dómino.

**Secreta,**

**S**uscipe Dómine munera, quæ in beatæ Bárbaræ Vírginis & martyris tuæ solemnitate deférimus, cuius nos confidimus patrocínio liberari. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit & regnat in unitate Spíritus sancti DEUS. Per omnia sæcula sæculorum, Amen.

**Communio. Psal. 118.** Confundantur superbi, quia injúste iniquitatem fe-

cérunt in me: ego autem in mandatis tuis exercebor, in tuis justificatiōibus, ut non confundar.

**Postcommunio.**

**A**uxiliéntur nobis, Dómine, sumpta mystéria: & intercedénte beata Bárbara vírgine & martyre tua, sempiterna fáciant protectione gaudére. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit & regnat in unitate Spíritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

**Die X. Decembris.**

**IN FESTO  
Translationis Almæ Domus Lauretanæ.**

**Introitus. Gen. 82.**

**E**rribilis est locus iste: hic Domus Dei est, & porta cœli: & vocabitur aula Dei.

**Psal. 83.** Quàm dilecta tabernacula tua Dómine virtutum! concupíscit, & deficit anima mea in atria Dómini. **V. Glória Patri.**

**D**eus, qui beatæ Maríae Vírginis Dónum per incarnati Verbi mystérium misericorditer consecrasti, eamque in sinu Ecclesiæ tuæ mirabiliter collacisti: concéde, ut segregati à tabernaculis peccatórum, digni efficiámur habitatores Domus sanctæ tuæ. Per eundem Dóminum.

**Léctio libri Sapientiæ. Eccl. 24.**

**I**n omnibus requiem quæsivi, & in Hæreditate Dómini morabor. Tunc præcèpit, & dixit mihi Créator omnium, & qui creávit me, requiévit in tabernaculo meo, & dixit mihi: in Jacob inhábita, & in Israël hæreditare, & in electis meis mitte radices. Et sic in Sion firmata sum, & in civitate sanctificata similiter requiévi, & in Jerúsalem potestas mea. Et radicávi in populo honorificato, & in parte Dei mei hæreditas il-

lius

lius, & in plenitudine Sanctórum deten-tio mea. Quasi cedrus exaltata sum in Líbano, & quasi cypressus in monte Sion: quasi palma exaltata sum in Ca-des, & quasi plantatio rosæ in Jéricho. Quasi oliva speciosa in campis, & quasi platanus exaltata sum juxta aquam in plateis. Sicut cinamomum & balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrra electa dedi suavitatem odoris.

**Graduale. Unam** pétii à Dómino, hanc requiram, ut inhábitem in Domo Dómini omnibus diébus vitæ meæ.

**V.** Ut videam voluptatem Dómini, & visitem templum ejus. Alleluja, alleluja. **V.** Beati qui hábitant in Domo tua Dómine, in sæcula sæculorum laudabunt te. Alleluja.

Sequentia sancti Evangelij secundum Lucam. **Luc. 1.**

**I**n illo tempore: Missus est Angelus Gábel à Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Názareth, ad Virginem sponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, & nomen Vírginis María. Et ingrèssus Angelus ad eam, dixit: Ave, gratiæ plena: Dóminus tecum: Benedicta tu in mulieribus. Quæ, cum audisset, turbata est in sermone ejus, & cogitabat, qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: ne timeas, María; invenisti enim gratiam apud Deum: ecce concipies in útero, & páries filium, & vocabis nomen ejus Iesus. Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dóminus Deus sedem David patris ejus: & regnabit in domo Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis.

Dixit autem María ad Angelum: Quomodo fiet istud, quóniam virum non cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei: Spíritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi, ideoque, & quod nascétur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Et ecce Elizabeth cognáta tua, & ipsa concepít filium in senectute sua: & hic mensis

sextus est illi, quæ vocatur stérilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem María: Ecce ancilla Dómini, fiat mihi secundum verbum tuum. **Credo.**

**Offertorium.** Introibo in Domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum, & confitébor nōmini tuo.

**Secreta.**

**A**ccipe, quæsumus Dómine, múnera in hac sacra Domo dignanter oblata: & beatæ Maríae Vírginis suffragántibus méritis, ad nostræ salutis auxilium provenire concéde. Per Dóminum nostrum.

**Præfatio.** Et te in festivitate beatæ Maríae semper Vírginis.

**Communio.** Beatus qui audit me, & qui vigilit ad fores meas quotidie, & observat ad postes ostii mei. Qui me invenerit, inveniet vitam, & hauriet salutem à Dómino.

**Postcommunio.**

**Q**uæsumus Dómine Deus noster, ut sacro sancta mystéria, quæ pro reparatiōni nostræ munimine contulisti; intercedénte beatæ María semper Vírgine, & præsens nobis remedium esse fácias, & futurum. Per Dominum nostrum.

**Die XVIII. Decembris.**

**IN FESTO  
Expectationis Partus B. V. MARIAE  
Missa, ut in fine Missal.**

**FESTA JANUARII.**

**Die XXI. Januarii.**

**IN FESTO  
S. AGNETIS Virg. & Martyris.  
Missa, ut in Missal.**

**Die XXIII. Januarii.**

**IN FESTO  
Desponsationis B. V. MARIAE.  
Missa, ut in fine Missal. cum. cor.**

Die XXIII. Januarii.

## IN FESTO

S. Joannis Eleemosinarii Episc. Conf.  
in Diœces. Plocenf. Miſſa: Statuit. ex  
Commun. Conf. Pont.

## Oratio:

**D**Fus, qui B. Joánnem Eleemosiná-  
rium Confessorem Pontificem  
tuum sanctarum Eleemosynárum eroga-  
tórem constituísti, donisque temporáli-  
bus cumulátum, ad páuperum tuorum  
consolationem, deficere nraquam pro-  
misisti, concéde propítius, ut cujus mé-  
rita hodierna die recolimus, ejus imi-  
tatione præsentium, futurórumque bo-  
norum dona, te adjuvánte consequi  
mereámur. Per Dóminum.

## FESTA FEBRUARII.

Die I. Februarii.

## IN FESTO

S. Brigidæ Virginis.

Introit. Psalm. 44.

**D**Ilexisti justitiam, & odí-  
sti iniquitatem: pro-  
ptéra unxit te Deus,  
Deus tuus óleo læti-  
tiae præ confortibus  
tuis.

Palm. ibid. Eruetávit cor meum  
verbum bonum: dico ego ópera mea  
Regi. **V.** Gloria Patri.

## Oratio.

**O**Mnipotens sempiterne Deus, qui  
es sanctórum gloria virtútum,  
clementiam tuam supplices exorámus:  
ut per mérita beatæ Virginis tuæ Brigi-  
dæ, opportúnum tuæ pietatis auxílium  
sentiámus. Per Dóminum.

Léctio Epistolæ beati Pauli Apóstoli  
ad Corínthios. **2. Cor. 10. d.**

**E**Ratres: Qui gloriátur, in Dómino  
gloriétur. Non enim qu... scípsi  
comméndat, ille probátus est: sed quem

Deus comméndat. Utinam sustineré-  
tis módicum quid insipiéntiæ meæ, sed  
& supportáte me. Aemulor enim vos  
Dei aemulatione. Despóndi enim vos  
uni viro vírginem castam exhibére  
Christo.

**G**raduale. Psal. 44. Spécie tua, &  
pulchritudine tua, inténde, prósperc  
procéde, & regna. **V.** Propter veri-  
tatem, & mansuetudinem, & justitiam:  
& deducet te mirabiliter déxtera tua.  
Allelúa, allelúa.

**V.** Hæc est virgo sápiens, & una de  
número Prudéntum. Allelúa.

Post Septuagesimam omíssio Allelú-  
ja, & Versu sequenti dicitur Tractus.

**Ibid.** Audi filia, & vide, & inclína au-  
rem tuam: quia concupívit Rex spé-  
ciem tuam. **V.** Vultum tuum depre-  
cabuntur omnes dívites plebis: filiæ  
regum in honore tuo. **V.** Adducén-  
tur Regi virgines post eam: próxiæ  
ejus afferéntur tibi. **V.** Afferéntur in  
lætitia & exultatione: adducéntur in  
templum Regis.

**E**vangelium. Simile erit regnum  
cælorum decem virginibus. Ut in  
Communi Virginum & Martyrum.

**O**ffertorium. Ibid. Filiæ regum in  
honore tuo, ástigit régina à dextris  
tuis in vestitu deauráto, circúmdata va-  
rietate.

## Secreta.

**M**uneris tibi Dómine dicáta sancti-  
fica: & intercedénte beata Bri-  
gida virgine tua, per éadem nos pla-  
catus intende. Per Dóminum no-  
strum Jesum Christum Filium tuum:  
Qui tecum vivit & regnat in unitate  
Spíritus sancti Deus.

**C**ommunio. Matth. 25. Quinque  
prudentes vírgenes aperunt óleum in  
vasis suis cum lampádibus: média autem  
nocte clamor factus est, ecce sponsus ve-  
nit, exite óbviam Christo Dómino.

Post-

## Postcommunio.

**S**Atiásti, Dómine, famíliam tuam  
munéribus sacris: ejus quæsumus  
semper interventione nos réfove, cuius  
solemnia celebrámus. Per Dóminum  
nostrum Jesum Christum Fílium tuum:  
Qui tecum vivit & regnat in unitate  
Spíritus sancti Deus.

Die VI. Februarii.

## IN FESTO

S. DOROTHEÆ Virg. & Mart.  
Miſſa. Me exspectavérunt peccatóres. ex  
Communi Virginis & Martyris.

Die VII. Februarii.

## IN FESTO

S. ROMUALDI Abbatis.  
Miſſa. Os Justi meditábitur.  
ex Communi Abbatum.

Die IX. Februarii.

## IN FESTO

S. APOLLONIÆ V. M. P. R. P.  
Miſſa. Loquébar de Testimonio.  
ex Communi Virg. & Mart.

Die XI. Februarii.

## IN FESTO

S. CONRADI Placentini Confessoris.  
Miſſa. Justus, ut Palma.  
Evang. Ecce non reliquimus.

## FESTA MARTII.

## MISSA

Quinque Vulnerum D.N. JESU Christi.

Introit. Philipp. 2.

**H**Umiliávit iesem ipsum  
Dóminus JESUS Chri-  
stus usque ad mortem,  
mortem autem Crucis:  
propter quod &  
DEUS exaltávit illum,  
& donávit illi nomen, quod est super  
omne nomen.

**P**sal. 88. Misericordias Dómini in  
æternum cantábo, in generationem &  
generationem. **V.** Glória Patri

## Oratio.

**D**Eus, qui unigéniti Filii tui passione,  
& per quinque vúlnera ejus Sán-  
guinis effusione humánam natúram  
peccato péditam reparasti: tribue no-  
bis, quæsumus, ut qui ab eo suscépta  
vúlnera venerámur in terris, ejusdem  
pretiosissimi Sanguinis fructum cónse-  
qui mereámur in coelis. Per eundem &c.  
Fit Commemoratio Feriæ.

Léctio Zachariæ Prophétæ. 12.

**H**æc dicit Dóminus: effundam su-  
per Domum David, & super ha-  
bitatòres Hierusalem spíritum gratiæ,  
& precum, & aspícient ad me, quem  
confixerunt: & plangent eum planctu  
quasi super Unigénitum, & dolébunt  
super eum, ut doléri solet in morte  
Primogéñti. In die illa magnus erit  
planctus in Hierusalem, & dicétur ei:  
quid sunt plagæ istæ in medio manuum?  
Et dicet: His plagátus sum in Domo  
eorum, qui diligébant me. Frámea su-  
scitare super Pastórem meum, & super  
Virum cohæréntem mihi, dicit Dómi-  
nus exercituum. Péctute Pastórem, &  
dispergéntur Oves: ait Dóminus Om-  
nipotens.

Graduale. Psalm. 68.

Impropérium exspectávit cor meum,  
& misériam: & sustinui, qui simul me-  
cum contristaretur, & non fuit; con-  
solántem me quæsivi, & non invéni.

**V.** Dedérunt in escam meam fel; &  
in siti mea potavérunt me aceto.

Tractus. Isai. 53.

Verè languores nostros ipse tulit, &  
dolores nostros ipse portávit. **V.** Etnos  
putávimus eum quasi leprósum, & per-  
cússum à Deo, & humiliatum. **V.** Ipse  
autem vulnerátus est propter iniquitátes  
nostras, attritus est propter scélera nostra.  
**V.** Disciplina pacis nostræ super eum,  
& livore ejus sanáti sumus.

B

† Se-

**+** Sequentia S. Evangelii secundum  
Joannem. Cap. 19.

**I**n illo tempore: sciens JESUS, quia omnia consummata sunt, ut summaretur Scriptura, dixit: Sitio. Vas ergo erat positum acetum plenum. Illi autem spongiam plenam acetum hyssopo circumponentes, obtulerunt ori ejus. Cum ergo accepisset Jesus acetum, dixit: Consummatum est: & inclinato capite tradidit spiritum. Judæi ergo (quoniam parascive erat) ut non remanerent in Cruce corpora Sabbatho (erat enim magnus dies ille Sabbathi) rogaverunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venérunt ergo milites: & primi quidem fregrerunt crura, & alterius, qui crucifixus est cum eo. Ad JESUM autem cum venissent, ut vidérunt eum jam mortuum, non fregrerunt ejus crura, sed unus militum lancea latus apertuit, & continuo exivit sanguis, & aqua. Et qui vidit, testimoniū perhibuit, & verum est testimoniū ejus. **Credo.**

### Offertorium.

Insurrexerunt in me Viri iniqui, absque misericordia quæsierunt me interficere: & non pepercérunt in faciem meam spuere; lanceis suis vulneraverunt me, & concussa sunt omnia ossa mea.

### Secreta.

**M**ajestati Tuæ, quæsumus Dómine, accépta sint dona, in quibus ipsa Unigeniti Tui vulnera tibi offerimus, nostræ pretia libertatis. Per eundem.

Commemorat. Feria.

### Præfatio de Cruce.

Communio. Psalm. 25.

Fodérunt manus meas, & pedes meos: dinumeraverunt omnia ossa mea.

### Postcommunio.

**R**efecti vitilibus alimoniis quæsumus Dómine Deus noster, ut qui vulnera Dómini nostri JESU Christi ho-

die devotè colimus, hæc in nostris coribus impressa, móribus, & vita teneamus. Per eundem.

Commemoratio Feria.  
In fine dicitur Evangelium Feriae currentis.

### Die I. Martii.

**I N F E S T O**  
S. Albini, Confessoris Pontificis, Duplex in Diœcesi Gnesnensi.

Missa ex Communi Confessoris Pontificis. **Oratio.**

**V**otiva quæsumus Dómine nos beati Albini Confessoris tui atque Pontificis natalitia restaurant, & ad omne bonum tuâ gratiâ faciant propensiones. Per Dóminum nostrum.

### Die II. Martii.

**I N F E S T O**  
S. Helenæ Imperatricis Viduæ.

Introitus. Gal. 6.

**M**ichi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

**Psal. 22.** Virga tua, & báculus tuus, ipsa me consolata sunt.

**W. Glória Patri. Oratio.**

**D**omine Iesu Christe, qui locum, ubi crux tua latébat, beatæ Hélénæ revelasti, ut per eam Ecclesiam tuam hoc pretioso thesáuro ditares; ejus nobis intercessione concéde, ut vitalis ligni præcio, æternæ vitæ præmia consequámur. Qui vivis & regnas &c.

**In Quadrag. fit commemor. Fer. Léctio libri Sapientiæ. Prov. c. 31.**  
Mulierem fortem quis invéniet? ut in Missa. Cognovi. de eodem commun.

**Graduale.** Vultum tuum deprecabuntur omnes dívites plebis, filiae Regum in honore tuo. **W. Adducéntur Regi**

vírgines post eam, próximæ ejus affe-

rentur

### Postcommunio.

réntur tibi in lætitia, & exultatione: adducéntur in templum Regis.

**Tractus.** Veni spónsa Christi, áccipe corónam. ut in eadem Missa.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. cap. 13. f.

**I**n illo tempore: Dixit JESUS discipulis suis parabolam hanc: Símile est regnum coelorum thesáuro abscondito in agro, quem qui invenit homo, abscondit, & præ gáudio illius vadit, & vendit univerſa, quæ habet, & emit agrum illum. Iterum símile est regnum coelorum homini negotiatori querenti bonas margaritas. Invénta autem una pretiosa margarita, abiit, & vénidit omnia, quæ hábuit, & emit eam. Iterum símile est regnum coelorum faginæ missæ in mare, & ex omni genere píscium congreganti. Quam, cum impleta esset, educentes, & secùs littus sedentes, elegérunt bonos in vasa, malos autem foras misérunt. Sic erit in consummatione sæculi: exibunt Angeli, & separábunt malos de medio justorum, & mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus, & stridor dentium. Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei: etiam. Ait illis: Ideò omnis scriba doctus in regno coelorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesáuro suo nova & vétera.

**Offertorium.** Non enim judicávi me scire aliud, nisi JESUM Christum & hunc Crucifixum.

**Secreta.**

**P**er hæc sacra mystéria concéde nobis Dómine, ut sicut beatæ Hélénæ misericorditer tribuisti, ut Fílium tuum crucifixum in corde semper gestaret, ita & nos eum in cordibus nostris perpétuo deferámus. Per eundem Dóminum nostrum.

**In Quadrag. commemor. Feria, & Præfatio Quadrag.**

**Communio.** Ascéndam in palmam, & apprehendam fructus ejus.

B 2

Léctio

**C**oncéde nobis misericors Deus, ut qui salutiferæ Crucis tuæ fructu in terra sumus recreati; per intercessionem beatæ Hélénæ eodem júgiter perfici mercámur in cœlis. Qui vivis & regnas &c.

**In Quadrag. commemor. Fer. & ultimum Evang. de eadem.**

### Die IV. Martii.

**I N F E S T O**  
S. CASIMIRI Confessoris.

Introitus. Psal. 36.

**S** justi meditabitur sapientiam, & lingua ejus loquétur judicium: Lex Dei ejus in corde ipsius.

**Psal. ibid.** Noli æmulari in malignantibus: neque zeláveris facientes iniquitatem.

**W. Glória Patri.**

### Oratio.

**D**eus, qui inter regales delicias & mundi illécebras, sanctum Casimirum virtute constántiae roborasti: quæsumus, ut ejus intercessione fidèles tui terréna despiciant, & cœlestia semper aspírent. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Filium tuum.

**Si venerit in Quadragésima, fit commemoratio Feriae.**

**Pro commemoratione S. Lucii, Papæ & Martyris.**

### Oratio.

**D**eus, qui nos beatæ Lucii Martyris tui atque Pontificis annua solemnitate lætificas, concéde propítius, ut cuius natalitia colimus, de ejusdem etiam protectione gaudeámus. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spíritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

## Lectio libri Sapientiae. Eccli. 31.

**B**éatus vir, qui invéntus est sine mácula, & qui post aurum non ábiit nec sperávit in pecúnia & thesauris. Quis est hic, & laudábimus eum, fecit enim mirabília in vita sua. Qui probátus est in illo, & perféctus est, erit illi glória æterna: qui pótuit tránsgressi, & non est transgreditus; facere mala, & non fecit. Ideò stabilita sunt bona illius in Dómino, & eleemosynas illius enarrábit omnis Ecclésia Sanctórum.

**Graduale. Psal. 91.** Justus ut palma florebit: sicut cedrus Líbani multiplicabitur in domo Dómini.

**V.** Ad annuntiandum manè misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem.

**Tractus. Psal. 11.** Beatus vir, qui timet Dóminum: in mandatis ejus cupit nimis. **V.** Potens in terra erit semen ejus: generatio rectórum benedicetur. **V.** Glória & divítiae in domo ejus: & justitia ejus manet in sǽculum sǽculi.

Sequentia sancti Evangélii secundum Lucam. **Lucæ 12. c.**

**I**n illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, & vos similes homínibus exspectantibus dóminum suum, quando revertátur à nuptiis; ut, cum vénérerit & pulsaverit, confestim apériant ei. Beati servi illi, quos, cum vénérerit Dóminus, invénierit vigilantes: amen dico vobis, quod præcinctus es, & faciet illos discumbere, & tránsiens ministrabit illis. Et si vénérerit in secunda vigilia, & si in tértia vigilia vénérerit, & ita invénérerit, beati sunt servi illi. Hoc autem scítote, quóniam si sciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret útique, & non tineret pérfodi domum suam. Et vos estote parati; quia qua hora non putatis, Filius hóminis véniet. **Credo.**

**Offertorium. Psal. 88.** Véritas mea;

& misericórdia cum ipso: & in nómine meo exaltábitur cornu ejus.

## Secreta.

**L**AUDIS tibi, Dómine, hóstias immolamus in tuórum commemo- ratione Sanctórum, quibus nos & præsentibus éxui malis confidimus, & futúris. Per Dóminum nostrum.

## Pro S. Lucio.

## Secreta.

**M**UNERA tibi, Dómine, dicata sanctifica: & intercedente beato Lúcio Mártire tuo, atque Pontífice, per eadē nos plácatus intende. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

**Communio. Matth. 24.** Beatus ser- vus, quem, cum vénérerit Dóminus, invénerit vigilátem: amen dico vobis, super ómnia bona sua constituet eum.

## Postcommunio.

**R**EFECTI cibo potuque coelesti Deus noster, te supplices exorámus: ut in cuius hæc commemo- ratione percépimus, ejus muniámur, & præcibus. Per Dóminum nostrum.

## Pro S. Lucio.

## Postcommunio.

**H**AC nos Commúnio Dómine purget à crímine: & intercedente beato Lúcio Mártire tuo atque Pontífice, coelestis remédi faciat esse confortes. Per Dóminum.

## Die V. Martii.

**I N F E S T O**  
Translationis S. Venceslai Martyris:

## Introitus. Psal. 63.

**D**ETABITUR justus in Dómino, & sperábit in eo: & laudabuntur omnes recti corde.

**Psalm. ibid.** Exaudi Deus orationem meam cum déprecior: à timore inimici éripe animam meam.

**V.** Glória Patri.

## Ora-

**Graduale. Psalm. 33.** Timéte Dómi- num omnes Sancti ejus: quóniam nihil deest timéntibus eum.

**V.** Inquiréntes autem Dóminum non deficent omni bono. Alleluja, alleluja.

**V.** Veníte ad me omnes, qui labo- ratis & oneráti estis, & ego reficiam vos. Alleluja.

**f**Sequentia S. Evangélii secundum Matthæum. **Matth. 5.**

**I**n illo tempore: Videns JESUS turbas, ascéndit in montem, & cùm sedisset, accésérunt ad eum discípuli ejus, & apériens os suum docébat eos, dicens: Beati páuperes spíritu: quóniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati mites: quóniam ipsi possidébunt terram. Beati, qui lugent: quóniam ipsi consolabuntur. Beati, qui esúriunt & sitiunt justitiam: quóniam ipsi satrabuntur. Beati misericordes: quóniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde: quóniam ipsi Deum videbunt. Beati pacifici: quóniam filii DEI vocabuntur. Beati qui persecutiōnem patiúntur propter justitiam: quóniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati estis, cùm maledixerint vobis hómines, & perfecūt vos fuérint, & dixerint omne malum adversum vos, mentientes, propter me: gaudete, & exultate, quóniam merces vestra copiosa est in cœlis.

## Credo.

**Offertorium. Sap. 3.** Justorum ánima in manu DEI sunt, & non tanget illos tormentum malitiae: visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace.

## Secreta.

**M**UNERA tibi, Dómine, nostræ de- votiōnis offérimus: quæ & pro- cunctórum tibi grata sint honore justorum, & nobis salutaria, te miserante reddántur. Per Dóminum nostrum.

**Communio. Matth. 5.** Beati mundo corde, quóniam ipsi Deum videbunt.

beati pacifici, quóniam filii DEI vo- cábuntur: beati, qui persecutiōnem pa- tiúntur propter justitiam, quóniam ipsorum est regnum cœlorum.

## Postcommunio.

**D**A, quæsumus Dómine DEUS no- ster: ut sicut tuórum commemo- ratione Sanctórum, temporali gratulá- mur officio; ita perpétuo lætemur aspé- ctu. Per Dóminum nostrum.

## Die XV. Julii.

**I N F E S T O**  
Sancti DAVIDIS Abbatis.

## Introitus. Psal. 36.

S justi meditábitur sa- piéntiam, & lingua ejus loquéatur judíci- um: lex DEI ejus in corde ipsius.

**Psalm. ibid.** Noli emulári in malignántibus: neque zelá- veris faciéntes iniquitátem.

**V.** Glória Patri.

## Oratio.

**I**ntercéssio nos, quæsumus Dómine, beati Davidis Abbatis comméndet: ut quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

## Lectio Libri Sapientiae. Eccles. 45.

**D**ilectus DEO & hominibus, cuius memória in benedičtione est. Símilem illum fecit in glória Sanctórum, & magnificávit eum in timore inimicorum, & in verbis suis monstra placávit. Glorificávit illum in conspéctu Regum, & jussit illi coram pôpulo suo, & osténdit illi gloriā suā. In fide & leni- tate ipsius sanctum fecit illum, & ele- git eum ex omni carne. Audívit enim eum, & vocem ipsius, & induxit illum in nubem. Et dedit illi coram præcepta, & legem vitæ & disciplinæ.

**Graduale. Psalm. 20.** Dómine, præ-

C venisti

venisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus corónam de lápide pretioso.

**V.** Vitam pétuit à te, & tribuisti ei longitudinem diérum in sacerdolum saeculi. Alleluja, alleluja.

**V. Psalm. 91.** Justus, ut palma florébit: sicut cedrus Líbani multiplicabitur. Alleluja.

**† Sequentia S. Evangelii secundum Matthæum. Matth. 19. d.**

**I**n illo tempore: Dixit Petrus ad JESUM: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? JESUS autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Fílius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israël. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, céntrum accipiet, & vitam æternam possidebit.

**Offertorium. Psalm. 20.** Desiderium animæ ejus tribuisti ei Dómine, & voluntate labiorum ejus non fraudasti eum: posuisti in capite ejus corónam de lápide pretioso.

**Secreta.**

**S**acris altáribus, Dómine, hostias superpositas sanctus David Abbas, quæsumus, in salutem nobis provenire depóscat. Per Dóminum.

**Communio. Lucæ 12.** Fidélis servus & prudens, quem constituit Dóminus super familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram.

**Postcommunio.**

**P**rótegat nos, Dómine, cum tui perceptione sacramenti beatus David Abbas, pro nobis intercedendo: ut & conversationis ejus experiámur insignia, & intercessiónis percipiámus suffrágia. Per Dóminum nostrum.

Die XVIII. Julii.

**IN FESTO  
Sancti BOTUIDI Martyris.**

**Introitus. Psalm. 36.**



Etábitur justus in Dómino, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde.

**Psalm. ibid. Exaudi DEUS orationem meam, cum deprecor: à timore inimici eripe animam meam.**

**V. Gloria Patri.**

**Oratio.**

**C**ordibus nostris, quæsumus Dómine, veræ fidei splendor illúceat: & beati Botuidi Martyris tui salutaris intercessio ab instantibus periculis nos deféndat. Per Dóminum.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apóstoli ad Timótheum. 2. Tim. 2.**

**C**harissime, memor esto Dóminum JESUM Christum resurrexisse à mortuis ex semine David, secundum Evangelium meum, in quo laboro usque ad vincula, quasi male operans: sed verbum DEI non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos: ut & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo JESU, cum gloria cœlesti. Tu autem assécutus es meam doctrinam, institutionem, propósitum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passiones: quælia mihi facta sunt Antiochiae, Iconij, & Lystris: quales persecutiones sustinui, & ex omnibus eripuit me Dóminus. Et omnes, qui pie volunt vivere, in Christo JESU, persecutionem patientur.

**Graduale. Psalm. 36.** Justus cum ceciderit, non collidetur; quia Dóminus suppónit manum suam.

**V. Tota die miseretur, & commodat: & semen ejus in benedictione erit.** Alleluja, alleluja.

**V. Qui**

**V. Qui** séquitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vita æternæ. Alleluja.

**† Sequentia S. Evangelii secundum Joannem. Joan. 12. d.**

**I**n illo tempore: Dixit JESUS discípulis suis: Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit; ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert: Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur: & ubi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus.

**Offertorium. Psalm. 20.** Posuisti Dómine in capite ejus corónam de lápide pretioso: vitam pétuit à te, & tribuisti ei. Alleluja.

**Secreta.**

**A**ccépta sit in conspectu tuo, Dómine, nostra devotio: & ejus quóniam omnium poténtior est sapiéntia. Hæc vènditum justum non dereliquit, sed à peccatóribus liberavit eum: descenditque cum illo in foveam, & in vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi sceptrum regni, & poténtiam adversus eos, qui eum deprimébant: & mendáces osténdit, qui maculavérunt illum, & dedit illi claritatem æternam, Dóminus Deus noster.

**Communio. Joan. 12.** Qui mihi ministrat, me sequatur: & ubi sum ego, illic & minister meus erit.

**Postcommunio.**

**R**efécti participatione muneris sacri, quæsumus Dómine Deus noster, ut cuius exequimur cultum, intercedente beato Botuido Martyre tuo, sentiamus effectum. Per Dóminum

Die XXI. Julii.

**IN FESTO  
S. Olavi Regis & Martyris.**

**Introitus. Psalm. 20.**

**N** virtute tua, Dómine, lætabitur justus: & super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animæ ejus tribuisti ei.

**Psalm. ibid. Quóniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus corónam de lápide pretioso. V. Glória Patri.**

**Oratio.**

**D**óminus, qui es Regum corona, & Mártyrum victoria: trubue nobis, quæsumus, beati Olávi Regis & Mártyris tui, pia apud te experiri patrocínia: ut per tuam, quam in ejus passione glorificámus magnificéntiam, corónam vitæ diligéntibus te percipiámus repromissam. Per Dóminum nostrum.

**Lectio Libri Sapientiæ. Sap. 10. b.**

**J**ustum deduxit Dóminus per vias reatas, & osténdit illi Regnum Dei, & dedit illi scientiam Sanctorum: honestavit illum in labóribus & complévit labóres illius. In fraude circumveniéntium illum, affuit illi: & honestum fecit illum. Custodivit illum ab inimicis, & à seduictóribus tutavit illum, & certamen forte dedit illi, ut vinceret, & sciret, quoniam omnium poténtior est sapiéntia. Hæc vènditum justum non dereliquit, sed à peccatóribus liberavit eum: descenditque cum illo in foveam, & in vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi sceptrum regni, & poténtiam adversus eos, qui eum deprimébant: & mendáces osténdit, qui maculavérunt illum, & dedit illi claritatem æternam, Dóminus Deus noster.

**Graduale. Psalm. 111.** Beatus vir, qui timet Dóminum: in mandatis ejus cupit nimis.

**V. Potens in terra erit semen ejus: generatio rectórum benedicetur. Alleluja, alleluja.**

**V. Posuisti Dómine super caput ejus corónam de lápide pretioso. Alleluja.**

**† Sequentia S. Evangelii secundum Matthæum. Matth. 16. d.**

**I**n illo tempore: Dixit JESUS discípulis suis: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem,

## In Festo S. Helenæ Viduæ &amp; Martyris.

suam, & sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animam suam propter me, invenerit eam. Quid enim prodest homini, si mundum universum lucratur, animæ vero suæ detrimen-tum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis: & tunc reddet unicuique secundum opera ejus.

**Offertorium.** Psal. 8. Glòria & honore coronasti eum: & constitui eum super opera manuum tuarum Domine.

## Secreta.

M Uneribus nostris, quæsumus Domine, precibusque tuscéptis, & cœlestibus nos munda mystériis, & clementer exaudi. Per Dominum nostrum.

**Communio.** Matth. 16. Qui vult venire post me, abneget semetipsum: & tollat crucem suam, & sequatur me.

## Postcommunio.

D A, quæsumus Domine Deus noster ut sicut tuorum commemoratione Sanctorum, temporali gratulamur officio; ita perpetuo latemur asperitu. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum: qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus.

Die XXXI. Julii.

IN FESTO  
S. Helenæ Viduæ & Martyris.

## Introitus. Psalm. 118.

**M**E exspectaverunt peccatores, ut perderent me: testimonia tua Domine intellexi, omnis consummationis vi-di finem: latum mandatum tuum nimis.

Psalm. ibid. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini.

V. Glòria Patri.

## Oratio.

L Argire nobis, quæsumus clemensime Deus, intercessione beatæ Helenæ Martyris tuæ véniam nostrorum peccatorum: & quos ejus concédis solennius gloriari, da ejus precibus gloriosis cœlitus adjuvári. Per Dominum.

## Lectio Libri Sapientiae. Prov. 31. b.

M Uliarem fortem quis invenerit? procul, & de ultimis finibus premium ejus. Confidit in ea cor viri sui, & spoliis non indigebit. Reddet ei bonum, & non malum, omnibus diebus vitae suæ. Quæsivit lanam & linum, & operata est consilio manuum suarum. Facta est quasi navis institoris, de longe portans panem suum. Et de nocte surrexit, deditque prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. Consideravit agrum: & emit eum: de fructu manuum suarum plantavit vineam. Accinxit fortitudine lumbos suos, & roboravit brachium suum. Gustavit & vidit, quia bona est negotiatio ejus: non extinguetur in nocte lucerna ejus. Manum suam misit ad fôrtia, & dígitus ejus apprehendérunt fusum. Manum suam apéruit inopi, & palmas suas exténdit ad pauperem. Non timébit domui suæ à frigóribus nivis: omnes enim domestici ejus vestiti sunt duplicitibus. Stragulatam vestem fecit sibi: byssus, & púrpura indumentum ejus. Nobilis in portis vir ejus, quando federit cum senatóribus terræ. Sindonem fecit, & vèndidit, & cíngulum trádidit Chananæo. Fortitudo & decor indumentum ejus, & ridebit in die novissimo. Os suum apéruit sapientiae: & lex clementiae in lingua ejus. Consideravit sémitas domus suæ, & panem otiosa non comedit. Surrexerunt filii ejus, & beatissimam prædicavérunt, vir ejus, & laudavit eam. Multæ filiae congregaverunt divitias: tu supergræsa es universas. Fallax grácia, & vana est pulchritudo: mulier timens Dominum, ipsa

lau-

## Oratio.

D Eus, qui beati Venceslai nobilitatem in meliorem mutasti dignitatem, & eum per Martyrii palmam ad cœlestem perduxisti gloriam: ejus precibus nos, quæsumus ab omni adversitate libera & æternæ beatitudinis concéde perfici gloria. Per Dominum.

## Lectio Epistolæ beati Petri Apóstoli. 1. Petr. 4. c.

C Harissimi, Communicantes Christi passionibus gaudete, ut & in revelatione gloriae ejus gaudeatis exultantes. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis: quóniam quod est honoris, gloriae, & virtutis Dei, & qui est ejus Spíritus, super vos requiescit. Nemo autem vestrum patiatur ut homicida, aut fur, aut maledictus; aut alienorum appetitor. Si autem ut Christianus, non erubescat: glorificet autem Deum in isto nomine. Quóniam tempus est, ut incipiatur judicium à domo Dei. Si autem primum à nobis: qui non credunt Dei Evangelio? Et si justus vix salvabitur, impius & peccator ubi parabunt? Itaque & hi, qui patiuntur secundum voluntatem Dei, fidélium Creatoris contémplent animas suas in benefactis.

**Gradual.** Psalm. 36. Justus cùm ceciderit, non collidetur: quia Dominus suppónit manum suam. V. Tota die miseretur, & cōmodat: & semen ejus in benedictione erit.

**Tractus.** Psalm. 111. Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis ejus cupit nimis. V. Potens in terra erit semen ejus: generatio rectorum benedicetur. V. Gloria & divitiae in domo ejus: & justitia ejus manet in sæculum sæculi.

**Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. Matth. 16.**

I N illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui enim

vouerit animam suam salvam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animam suam propter me, invenerit eam. Quid enim prodest homini, si mundum universum lucratur, animæ vero detrimen-tum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis: & tunc reddet unicuique secundum opera ejus.

## Credo.

**Offertorium.** Psalm. 20. Posuisti Domine super caput ejus corónam de lápide pretioso: vitam pétuit à te, & tribuisti ei.

## Secreta.

A Ccepit sit in conspectu tuo, Domine, nostra devotio: & ejus nobis fiat supplicatione salutaris, per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum.

**Communio.** Joan. 12. Qui mihi ministrat, me sequatur; & ubi sum ego, illic & minister meus erit.

## Postcommunio.

R Efeci participatione muneris sacri quæsumus Domine DEUS noster: ut cuius exequimur cultum intercedente beato Venceslao martyre tuo, sentiāmus effectum. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum. Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti DEUS.

Die IX. Martii.

IN FESTO  
SS. Cyrilli, & Methodii Confessorum  
& Pont. P.R.P.

## Introitus. Psalm. 131.

**S**acerdotes tui, Domine, induant justitiam: & Sancti tui exultent: propter David servum tuum, non avertas faciem Christi tui.

**Psalmus. Meménto** Domine David, & omnis mansuetudinis ejus.

V. Glòria Patri.

## Oratio.

## Oratio.

**O**MNIPOTENS sempiterne Deus, qui nos per beatos Pontifices & Confessores tuos Cyrillum & Methodium ad unitatem fidei Christianæ vocare dignatus es, praesta quæsumus, ut, qui præsenti eorum festivitate lætamur, ipsorum etiam meritis gloriam consequi mereamur æternam. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus.

**E**pistola. Plures facti sunt Sacerdotes, ut in Communi Confessoris Pontificis.

**G**raduale. Psalm. 25. Sacerdotes ejus induam salutari: & Sancti ejus exultatione exultabunt. **V.** Illuc producam cornu David, paravi lucernam Christo meo.

**T**ractus. Qui seminant in lacrymis, in gáudio metent. **V.** Eúntes ibant & flebant, mittentes semina sua.

**V.** Venientes autem vénient cum exultatione, portantes manipulos suos.

**E**vangelium. Vigilate, quia nescitis, qua hora. de eodem Comm.

**O**ffertorium. Psalm. 67. Mirabilis Deus in Sanctis suis: Deus Israel, ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi sue: benedictus DEUS.

## Secreta.

**O** Blatis, quæsumus, Dómine placare munéribus: & intercedentibus sanctis tuis Cyrillo & Methodio à cunctis nos défende periculis. Per Dóminum.

**C**ommunio. Psalm. 67. Quod dico vobis in ténebris, dícite in lumine, dicit Dóminus: & quod in aure audíti, prædicáte super tecta.

## Postcommunio.

**P**Ræsta nobis, quæsumus, Dómine. intercedentibus sanctis Confessoribus tuis Cyrillo & Methodio, ut,

quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit & regnat.

## IN FESTO

S. CATHARINÆ Bononiens. Virg.  
Missa: Dilexisti. ex Corin. Virg.

## FESTA APRILIS.

Die XXIII. Aprilis.

## IN FESTO

S. ADALBERTI Episcopi & Martyris,  
Regnique Poloniae Patroni.

Introitus. Psal. 63.

**P**rotexisti me D E U S à convéntu malignantium, alleluja: à multitudine operantium iniquitatem, Alleluja, alleluja.

**P**salm. ibid. Exaudi Deus orationem meam cum déprecor: à timore inimici éripe animam meam. **V.** Glória Patri.

## Oratio.

**T**uam nobis indulgentiam quæsumus Dómine beatus Adalbertus Episcopus & Martyr implóret: ut & delicta nobis clementer ignoscas, & beneficia desiderata concédas. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apóstoli ad Hebræos **Heb. 5:**

**F**ratres, omnis Pónifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis, quæ sunt ad Deum, ut offereat dona, & sacrificia pro peccatis: qui condolere possit iis, qui ignorant, & errant: quóniam & ipse circumdatus est infirmitate: & propter rea debet, quemadmodum pro po-

pulo

pulo, ita étiam & pro semetipso offérre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à DEO tamquam Aaron. Sic & Christus non semetipsum clarificavit ut Pónifex fieret: sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu, ego hodie génu te. Quemadmodum & in álio loco dicitur: Tu es Sacérdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech.

Alleluja, alleluja. **V.** Surréxit Pastor bonus, qui posuit animam suam pro óibis suis, & pro grege suo mori dignatus est, alleluja. **V.** Posuisti Dómine super caput ejus corónam de lápide pretioso, alleluja.

Sequentia sancti Evangelii secundum Joánnem. **Joan. 10.**

**I**N illo tempore: Dixit Jesus Pharisæis: ego sum Pastor bonus. Bonus Pastor animam suam dat pro óibis suis. Mercenarius autem, & qui non est Pastor, cuius non sunt oves propriae, videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit: & lupus rápit, & despégit oves: mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de óibis. Ego sum Pastor bonus: & cognosco meas: & cognoscunt me meæ. Sicut novit me Pater, & ego agnoscó Patrem: & animam meam ponno pro óibis meis. Et alias oves hábeo, quæ non sunt ex hoc ovili: & illas opórtet me addúcere, & vocem meam audient, & fiet unum ovile, & unus Pastor. **Credo.**

**O**ffertorium. Psalm. 20. Posuisti Dómine in capite ejus corónam de lápide pretioso; vitam pétuit à te, & tribuisti ei. Alleluja.

## Secreta.

**S**acrificium exhibitum, quæsumus, Dómine, benignus assúmme: ut quod nōmini tuo in solemnitate beati Adalberti Martyris tui atque Pontificis deférimus, nobis profít ad véniam. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

**C**ommunio. Joan. 10. Ego sum Pastor bonus, alleluja: & cognoscó oves meas, & cognoscunt me meæ, alleluja, alleluja.

## Postcommunio.

**R**efécti Dómine munéribus sacris, suplices te deprecámur; ut indulgentiam tuam nobis intercessio beati Adalberti Martyris tui atque Pontificis semper implóret. Per Dominum nostrum.

Die XXIV. Aprilis.

## IN FESTO

S. GEORGII Martyris.  
Missa: Protexisti. ut in Misla.

Dominica 2. post Pascha.

## IN FESTO

Sanctissimi Sepulchri D. N.

## JESU CHRISTI.

Introitus. Isaïa c. II.

**I**n illa die erit radix Jesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur. Alleluja, & erit sepulchrum ejus gloriósum, Alleluja.

**P**salm. 45. Fluminis impetus lætitiat civitatem DEI, sanctificavit tabernaculum suum Altissimus. **V.** Glória Patri &c. In illa die.

## Oratio.

**D**omine JESU Christe, qui pro nobis mortem subíre, & in Sepulchro depósitus tertia die resurgere voluisti, concéde famulis tuis, ut qui Sepulchri tui memóriam recólimus, Resurrectionis quoque gloriae partícipes esse mereamur. Qui vivis &c.

Lectio Actuum Apostolórum. **c. 13.**

**I**n diébus illis: surgens Paulus & manus siléntium indicens ait: Víri fratres filii generis Abraham, & qui in

vobis timent Deum, vobis verbum salvatis hujus missum est. Qui enim hababant Jerusalem & principes ejus, ignorantes Jesum & voces Prophetarum, quae per omne Sabbathum leguntur, judicantes impleverunt: & nullam causam mortis invenientes in eo petierunt a Pilato, ut interficerent eum. Cumque consummasset omnia, quae de eo scripta erant, deponentes eum de ligno, posuerunt eum in monumento. Deus vero suscitavit eum a mortuis tertia die; qui visus est per multos dies his, qui simul ascenderant cum eo de Galilaea in Jerusalem: qui usque nunc sunt testes ejus ad plebem.

**Graduale. Job. 13.** Qui expéctant mortem & non venit, quasi effodiētes thesaurum, gaudēntque vehementer, cum invenerint Sepulchrum. Alleluja, alleluja.

**Joan. 20.** Currebant duo simul, & ille alius Discipulus præcūrrit citius Petro, & venit prior ad monumentum. Alleluja.

**Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. Luca 24.**

**U**na Sabbathi valde diluculo venerunt mulieres ad monumentum, portantes, quae paraverunt arōmata, & invenérunt lapidem revolutum, à monumento, & ingressæ non invenérunt Corpus Domini IESU. Et factum est, dum mente consternatæ essent de isto, ecce duo viri steterunt secus illas in ueste fulgenti. Cum timerent autem & declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas, quid queritis? Viventem cum mortuis? Non est hic, sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est vobis, cùm adhuc in Galilaea esset dicens: Quia opōret Filiū hominis trādi in manus hominum peccatorum & crucifigi & die tertia resurgere. Et recordatæ sunt verborum ejus, & regresse à monumento, nuntiaverunt hæc omnia illis undecim & ceteris omnibus. Erat au-

tem Maria Magdalene, & Joanna, & Maria Jacobi, & cæteræ, quæ cum eis erant. quæ dicebant ad Apóstolos hæc: Et visa sunt ante illos sicut deliramentum, verba ista, & non credidérunt illis. Petrus autem surgens, cucurrit ad monumentum, & procumbens vidit lintemina sola posita & abiit secum mirans, quod factum fuerat. **Credo.**

**Offertorium. Psalm. 41.** Transibo in locum Tabernaculi admirabilis usque ad domum DEI, Alleluja.

**Secreta.**

**D**EUS, qui per depositiōnem sanctissimi Corporis Filii tui in Sepulchro, idem Sepulchrum sanctificasti, concéde quæsumus, ut in hoc Sepulchro anima & corde habitemus, per eundem.

**Communio. Sap. 9.** Beatus qui audit me & qui vigilat ad fores meas quotidie, & observat ad postes ostii mei, alleluja.

**Postcommunio.**

**D**EUS, qui nos sancti Sepulchri Filii tui latari facis honore: praesta quæsumus, ut in eodem sepulti mundo moriamur, & tibi soli vivamus, per eundem.

**Dominica 3. post Pascha.**

**Missa de Patrocinio Sancti JOSEPHI.**

**Introitus. Psal. 32.**



Djutor, & protectōr noster est Dóminus: in eo latabitur cor nostrum, & in nomine sancto ejus speravimus. Alleluja, alleluja.

**Psalm. 79.** Qui Regis Israel, intende: Qui deducis velut oves, Joseph.

**V. Glória Patri.**

**Oratio.**

**D**EUS, qui ineffabili providentia Beatum Joseph Sanctissimæ Ge-

nitrīcis, tuæ Sponsum eligere dignatus es: præsta, quæsumus, ut quem Protectorem veneramur in terris, intercessorem habere mereamur in cœlis. Qui vivis & regnas &c.

**Deinde fit commemor. Dominicae tertiae.**

**Oratio.**

**D**EUS, qui errantibus, ut in viam possint redire justitiae, veritatis tuæ lumen ostendis: da cunctis, qui Christiana professione censentur, & illa respūere, quæ huic inimica sunt Nōmini, & ea, quæ sunt apta sectari. Per Dóminum nostrum.

**Lectio Libri Génesis. cap. 49.**

**E**lli accrescens Joseph, filius accrescens, & decorus asperctu: filiae discurrerunt super murum. Sed exasperaverunt eum, & jurgati sunt, invidenterque illi habentes jacula. Sedit in forti arcus ejus, & dissoluta sunt vincula brachiōrum, & manuum illius per manus potētis Jacob: inde Pastor egrēsus est, lapis Israel. Deus patris tui erit Adjutor tuus, & Omnipotens benedicit tibi benedictionibus cœli désuper, benedictionibus abyssi jacentis deorsum, benedictionibus überum, & vulvæ. Benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum ejus, donec veniret desiderium cœli aeternorum. Fiant in capite Joseph, & in vertice Nazaræi inter fratres suos. Alleluja, alleluja.

**V. De** quacumque tribulatiōne clamaverint ad me, exaudiā eos: & ero Protectōr eorum semper. Alleluja.

**V. Fac** nos innocuam, Joseph, decurrere vitam, sitque tuo semper tuta Patrocinio. Alleluja.

**T** Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. **Luc. 3.**

**I**n illo tempore: Factum est autem, cùm baptizaretur omnis populus: num nostrum.

& Iesu baptizato, & orante apertum est cœlum, & descendit Spíritus Sanctus corporali sp̄cie sicut columba in ipsum; & vox de cœlo facta est: Tu es Filius meus dilectus, in te complacui mihi. Et ipse JESUS erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur, Filius Joseph.

**Credo.**

**Offertorium. Psl. 147.** Lauda Jerusalēm Dóminum: quóniam confortavit seras portárum tuárum; benedixi filiis tuis in te. Alleluja, alleluja.

**Secreta.**

**S**anctissimæ Genitricis Sponsi Patrocinio suffulti rogamus Dómine clementiam tuam, ut corda nostra facias terra cuncta despícere, ac te verum Deum perfæcta charitate diligere. Qui vivis &c.

**Pro Dominica.**

**Secreta.**

**H**is nobis, Dómine, Mysteriis conferatur, quo terrena desideria mitigantes, discámus amare cœlestia. Per Dóminum nostrum.

**Communio.**

Jacob autem genuit Joseph Virum Mariæ: de qua natus est JESUS, qui vocatur Christus. Alleluja, alleluja.

**Postcommunio.**

**D**ivini muneris fonte refecti, quæsumus, Dómine DEUS noster; ut sicut nos facis Beati Joseph protectione gaudere, ita ejus méritis, & intercessione cœlestis gloriae facias esse participes. Per Dóminum,

**Pro Dominica.**

**Postcommunio.**

**S**acramenta, quæ sumpsimus, quæsumus Dómine, & spirituálibus nos instaurant alimentis, & corporalibus tueantur auxiliis. Per Dómini



In fine Missæ Evangelium ejusdem  
Dominicæ tertiae.

**† Sequentia S. Evangeli secundum  
Joannem. Joan. 16.**

**I**N illo tempore: Dixit JESUS Discipulis suis: Modicum, & jam non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me: quia vado ad Patrem. Dixerunt ergo ex Discipulis ejus ad invicem: Quid est hoc, quod dicit nobis: Modicum, & non videbitis me; & iterum modicum; & videbitis me, & quia vado ad Patrem? Dicebant ergo: quid est hoc, quod dicit, Modicum? nescimus, quid loquitur: Cognovit autem JESUS, quia solebant eum interrogare, & dixit eis: De hoc quæratis inter vos, quia dixi: Modicum, & non videbitis me; & iterum modicum, & videbitis me. Amen, amen dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos, Mundus autem gaudet: vos verò contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mùlier cùm parit, tristitiam habet, quia venit hora ejus: cùm autem pepérerit puerum, jam non méminit pressuræ propter gaudium: quia natus est homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habétis, iterum autem videbo vos, & gaudet cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollat à vobis.

### FESTA MAI.

Die II. Maij.

**IN FESTO  
S. Sigismundi Regis & Martyris.**

Introitus. Psalm. 63

**R**otexisti me DEUS à convéntu malignantium, alleluja: à multitidine operantium iniquitatem, Alleluja, alleluja.

Psalm. ibid. Exaudi Deus orationem

meam cùm déprecor: à timore inimici eripe ánimam meam. **V. Glória Patri.**

### Oratio.

**D**EUS, qui beatum Sigismundum Regem, temporali & aeterno diademe cum desiderata Martyrii corona honorare dignatus es: tribue quæsumus; ut qui ejus merita veneramur in terris, ipsius intercessione ab omnibus protegamus adversis. Per Dominum nostrum.

Lectio libri Sapientiae. **Sap. 5.**

**S**tabunt justi in magna constantia adversus eos, qui se angustiaverunt, & qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatae salutis, dicentes intra se poenitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes: Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improprietatis. Nos insensati vitam illorum estimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos sors illorum est.

Alleluja, alleluja. **V. Psal. 88.** Confitebuntur coeli mirabilia tua Domine: etenim veritatem tuam in Ecclesia Sanctorum. Alleluja.

**V. Psalm. 20.** Posuisti Domine super caput ejus coronam de lapide pretioso. Alleluja.

**† Sequentia sancti Evangeli secundum  
Joannem. Joan. 15.**

**I**N illo tempore: Dixit JESUS discipulis suis: Ego sum vitis vera: & Pater meus agricola est. Omnes palmitem in me non ferentem fructum, tolleret eum: & omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus affterat. Jam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum à se-

met-

metipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sum vites, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardent. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint: quodcumque volueritis, petetis, & fiet vobis. **Credo.**

**Offertorium. Psalm. 88.** Confitebuntur coeli mirabilia tua Domine: etenim veritatem tuam in Ecclesia Sanctorum. Alleluja.

### Secreta.

**C**oncede, quæsumus Rex aeternus: ut hujus sacrificii munus oblatum, interventu sancti Sigismundi Regis & Martyris, fragilitatem nostram ab omni adversitate semper protegat & muniat. Per Dominum.

**Communio. Psalm. 63.** Lætabitur justus in Domino, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde, Alleluja. Alleluja.

### Postcommunio.

**P**urificent nos, quæsumus Rex aeternus, tua recepta Sacramenta: & intercessione beati Sigismundi Regis & Martyris tui, ab omni malo expiatos, tibi nos reddant acceptos. Per Dominum nostrum.

Die IV. Maij.

**IN FESTO  
Sancti FLORIANI Martyris.  
Introitus. Psalm. 63.**

**R**otexisti me DEUS à convéntu malignantium, alleluja: à multitidine operantium iniquitatem, Alleluja, alleluja.

**Psalm. ibid.** Exaudi DEUS orationem meam cùm déprecor: à timo-

re inimici eripe animam meam. **V. Glória Patri.**

### Oratio.

**D**EUS, qui nos beati Floriani Martyris tui solemnitate laetificas: concede propitiis, ut cuius gloriósum triumphum veneramur in terris, societatis ejus laetitiam adipisci mereamur in cœlis. Per Dominum.

Lectio libri Sapientiae. **Sap. 5.**

**S**tabant justi in magna constantia adversus eos, qui se angustiaverunt, & qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatae salutis, dicentes intra se, poenitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes: Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improprietatis. Nos insensati vitam illorum estimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos fors illorum est.

**Alleluja, alleluja. V. Psal. 88.** Confitebuntur coeli mirabilia tua Domine: etenim veritatem tuam in Ecclesia Sanctorum. Alleluja.

**V. Pretiosa in conspectu Domini,  
mors Sanctorum ejus, alleluja.**

**† Sequentia sancti Evangeli secundum  
Joannem. Joan. 15.**

**I**N illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Ego sum vitis vera: & Pater meus agricola est. Omnes palmitem in me non ferentem fructum, tolleret eum: & omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus affterat. Jam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. Manete in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me

D 2

non

non mánserit, mittétur foras sicut palmes, & aréscet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardēt. Si manférītis in me, & verba mea in vobis mánserint: quodcūmque volueritis, petetis, & fiet vobis. **Credo.**

**Offertorium.** Psalm. 88. Confitebuntur cœli mirabilia tua Dómine: étenim veritatem tuam in Ecclésia Sanctorum. Allelúja.

**Secreta.**

**H**Anc oblationis Hóstiam, quæsumus omnipotens Deus, beati Floriani Martýris tui, digna comméndet oratio: qui sancto charitatis tuæ devíctus amóre, própriam sui corporis hóstiam in odórem suavitatis tibi obtulit vivam. Per Dóminum.

**Comunio.** Psal. 63. Lætabitur justus in Dómino, & sperabit in eo: & laudabunt omnes recti corde, Allelúja, allelúja.

**Postcommunio.**

**S**ancta nos, quæsumus, Dómine, Sacraménti cœlestis participatio, & hóstium cállico tueántur incursu: & sancto Floriano intercedente, nobis remédia salutis conferant sempiterna. Per Dóminum nostrum.

**Die VIII. Maij.**

**I N F E S T O**  
S. Stanislai Episcopi & Martyris,  
Regnique Poloniae Patroni.

**Introitus.** Psalm. 63.

**P**rotexisti me D E U S à convéntu malignantium, allelúja: à multitudine operántium iniquitatem, Allelúja, allelúja.

**Psalm. ibid.** Exaudi D E U S orationem meam cum déprecor: à timore inimici érie animam meam. **V. Glória Patri.** **Oratio.**

**D**EUS, pro cuius honore gloriósus Pontífex Stanisláus gládus impiórum occubuit: protexisti quæstum;

omnes, qui ejus implórant auxilium, petitionis suæ salutarem consequantur effectum. Per Dóminum.

**L**ectio Epistolæ beati Pauli Apóstoli ad Hebræos. **Heb. 5.**

**F**Ratres, omnis Pónifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis, quæ sunt ad Deum, ut offereat dona, & sacrificia pro peccatis: qui condolére possit iis, qui ignorant, & errant: quóniam & ipse circundatus est infirmitate: & propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à DEO tamquam Aaron. Sic & Christus non semetipsum clarificavit, ut Pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu, ego hodie gennui te. Quemadmodum & in álio loco dicit: Tu es Sacérdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech.

Allelúja, allelúja. **V.** Surrexit Pastor bonus, qui pósuit animam suam pro ovibus suis, & pro grege suo mori dignátus est, allelúja. **V. Psalm. 20.** Posuisti Dómine super caput ejus corónam de lápide pretioso, allelúja.

**† Sequentia sancti Evangelii secundum Joánnem.** **Ioan. 10.**

**I**N illo tempore: Dixit JESUS Pharisæis: ego sum Pastor bonus. Bonus Pastor animam suam dat pro ovibus suis. Mercenarius autem, & qui non est Pastor, cujus non sunt oves propriae, videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit: & lupus rapit, & dispérgit oves: mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ovibus. Ego sum Pastor bonus: & cognosco meas: & cognoscunt me meæ. Sicut novit me Pater, & ego agnoscó Patrem: & animam meam ponno pro ovibus meis. Et alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili: & illas

quæ non sunt ex hoc ovili: & illas

opor-

opórtet me adducere, & vocem meam audient, & fiet unum ovile, & unus Pastor. **Credo.**

**Offertorium.** Psalm. 20. Posuisti Dómine in capite ejus corónam de lápide pretioso; vitam pétuit à te, & trubuisti ei. Allelúja.

**Secreta.**

**M**unera tibi Dómine dicata sanctifica: & intercedente beato Stanislao Martýre tuo atque Pontifice, per éadem nos placatus intende. Per Dóminum nostrum.

**Comunio.** Joan. 10. Ego sum Pastor bonus, allelúja: & cognosco oves meas, & cognoscunt me meæ, allelúja, allelúja.

**Postcommunio.**

**H**æc nos Communio, Dómine, purget à crímine: & intercedente beato Stanislao Martýre tuo, atque Pontifice, cœlestis remédi faciat esse consortes. Per Dóminum.

**Die XIII. Maij.**

**I N F E S T O**  
S. Servati Episcopi, & Confessoris.  
pro Diocesi Gnesnensi.

**Missa. Státuit. Oratio.**

**D**EUS, qui populo tuo sanctum dedisti Servátum Prædicatorem, concéde quæsumus, ut nos tanti Pontificis intercessione, & tua pietatis defensione, ab omnibus ubique liberemur adversis, & tranquilla prosperitate, in tua júgiter laude lætemur. Per Dóminum.

**Die XVI. Maij.**

**I N F E S T O**  
S. Joannis Nepomuceni Martyris.  
Duplex.

**Missa.** Protexisti. De Communi Mart. Temp. Pasch. extra temp. Pasch.  
**Missa.** Lætabitur.

**Oratio.**  
**D**EUS, qui ob invictum beati Joánnis Sacramentale silentium nova Ecclesiastiam tuam martyri corónam decoraisti: da nobis ejus intercessione, & exémplo linguam cautè custodire, ac ómnia pótius mala, quām animæ detrimentum in hoc sæculo tolerare. Per Dóminum nostrum.

**Secreta.**

**P**er hæc tua, Dómine, sacra mysteria illo nos charitatis igne accendamus, quo inlytus martyr Joánnes éadem peragendo flagrabit. Per Dóminum nostrum.

**Postcommunio.**

**S**píritum, Dómine, fortitudinis hæc nobis tribuat mensa cœlestis, quæ beati martyris tui Joánnis pro Sacramenti honore tentatam constântiam, júgiter aluit ad victoriæ. Per Dóminum nostrum &c.

**Die XXV. Maij.**

**In Feste S. Joannis de Prædo. Mart.**

**Oratio.**

**D**eus, qui contra Mahometicam pravitatem B. Joánnem Verbi tui Præcónem exísum effecisti, concede: ut sicut ipse pro tua fidei dilatatione martyri palmam mérit obtinere; sic nos ejus intercessione fidei nostræ præmia conseguere mereámur. Per Dóminum nostrum &c.

**FESTA JUNII****Die III. Junii.**

**I N F E S T O**  
Sancti Erasmi Episcopi & Martyris.  
Témpore Paschali.

**Introitus.** Psalm. 63.

**P**rotexisti me D E U S à convéntu malignantium, allelúja: à multitudine operántium iniquitatem, Allelúja, allelúja.

**Psalm.**

**Psalm. ibid.** Exaudi Deus orationem meam cum deprecor: à timore inimici eripe animam meam. **X. Glória Patri.**

**Oratio.**

**D**EUS, cuius virtute beatus Erasmus Martyr & Pontifex, multa tormentorum genera superavit: fac nos, quæsumus, ejus intercessione, universas insidias inimicorum nostrorum visibilium & invisibilium cum gáudio superare, & in Christo bonis opéribus abundare. Per Dóminum.

**Epistola.** Stabunt justi. de Communi Mart. tempore Paschali. Alleluja, alleluja. **X. Psalm. 88. Confitebuntur cœli mirabilia tua Dómine: étenim veritatem tuam in Ecclésia Sanctorum. Alleluja.**

**X. Psal. 20. Posuisti Dómine super caput ejus corónam de lápide pretioso. Alleluja.**

**Evangelium.** Ego sum vitis vera, & Pater meus agricola est. **de eodem Communi.**

**Offertorium.** Psalm. 88. Confitebuntur cœli mirabilia tua Dómine, & veritatem tuam in Ecclésia Sanctorum. Alleluja, alleluja.

**Secreta.**

**M**únera tibi Dómine dicata sanctifica, & intercedente beato Erásmo mártire tuo atque Pontifice, per éadem nos placatus intende. Per Dóminum nostrum.

**Communio.** Psalm. 63. Lætabitur justus in Dómino, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde. Alleluja, alleluja.

**Postcommunio.**

**R**efecti participatione muneris sacri quæsumus Dómine DEUS noster: ut cuius exequimur cultum intercedente beato Erásmo martyre tuo atque Pontifice, sentiamus effectum. Per Dóminum.

**Die III. Junii.****IN FESTO**

**S. Erasmi Episcopi & Martyris, post Pentecosten.**

**Introitus.** Dan. 5.

Acerdotes DEI benedícite Dóminum: sancti & humiles corde laudate Deum. Psal. ibid. Benedícite ómnia ópera Dómini Dómino: laudate & superexaltate eum in sœcula.

**X. Glória Patri.****Oratio.**

**D**EUS, cuius virtute beatus Erasmus Martyr & Pontifex multa tormentorum genera superavit: fac nos, quæsumus, ejus intercessione, universas insidias inimicorum nostrorum visibilium & invisibilium cum gáudio superare, & in Christo bonis opéribus abundare. Per Dóminum nostrum.

**Léctio Epistolæ beati Pauli Apóstoli ad Coríntios. 2. Cor. 1.**

**F**ratres, Benedictus DEUS & Pater Dómini nostri JESU Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulacione nostra: ut possimus & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt, per exhortationem, qua exhortamur & ipsi à Deo. Quóniam sicut abundant passiones Christi in nobis: ita & per Christum abundat consolatione nostra. Sive autem tribulámur pro vestra exhortatione & salutē, sive consolámur pro vestra consolatione, sive exhortamur pro vestra exhortatione & salutē, quæ operátur tolerántiam eaurundem passionum, quas & nos patimur: ut spes nostra firma sit pro vobis: scientes, quod, sicut socii passionum estis, sic eritis & consolationis: in Christo Iesu Dómino nostro.

Gra-

**Graduale. Psalm. 8. Glória & honore coronasti eum. X. Et constituisti eum super opera manuum tuarum, Dómine. Alleluja, alleluja. X. Hic est Sacérdos, quem coronavit Dóminus. Alleluja.**

**† Sequentia S. Evangelii secundum Matthæum. Matth. 16.**

**I**n illo tempore: Dixit JESUS discipulis suis: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam. Qui autem perdidit animam suam propter me, invenerit eam. Quid enim prodest homini, si mundum universum lucretur, animæ vero suæ detriméntum patiatur? Aut quam dabit homo commutacionem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum Angelis: & tunc reddet unicuique secundum opera ejus.

**Offertorium. Psalm. 88. Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ī ei, & brachium meum confortabit eum.**

**Secreta.**

**M**únera tibi Dómine dicata sanctifica: & intercedente beato Erásmo mártire tuo atque Pontifice, per éadem nos placatus intende. Per Dóminum nostrum.

**Communio. Psalm. 20. Posuisti Dómine in capite ejus corónam de lápide pretioso.**

**Postcommunio.**

**R**efecti participatione muneris sacri quæsumus Dómine Deus noster: ut cuius exequimur cultum, intercedente beato Erásmo martyre tuo atque Pontifice sentiamus effectum. Per Dóminum nostrum.

**Die XVI. Junii.****IN FESTO**

**S. Benonis Episcopi & Confessoris. Missa Statuit: ex Commun. Conf. Pont.**

**Die XIX. Junii.****IN FESTO**

**S. Bonifacii Episcopi & Martyris. Missa Sacerdotes DEI. Oratio. Deus, qui nos. ex Commun. unius Mart.**

**Die XXI. Junii.****IN FESTO**

**S. Aloysii Gonzagæ, Confessoris non Pontificis.**

**Introitus. Psalm. 8. v. 6.**

**N**uivisti eum paulò minus ab Angelis: gloria, & honore coronasti eum.

**Psalm. 148. v. 2. Laudate Dóminum omnes Angeli ejus: laudate eum omnes virtutes ejus.**

**X. Glória Patri.****Oratio.**

**C**ælestium donorum distributor DEUS, qui in Angelico Juvene Aloysio miram vitae innocéntiam parcum poenitentia sociasti; ejus méritis, & precibus concéde, ut innocéntem non secuti, poenitentem imitémur. Per Dóminum nostrum.

**Léctio libri Sapientiæ. Eccl. 31. 8.**

**B**eatus vir, qui inventus est sine macula: & qui post aurum non abiit, nec speravit in pecúnia, & thesauris. Quis est hic, & laudabimus eum? fecit enim miracula in vita sua. Qui probatus est in illo, & perfectus est, erit illi gloria æterna. Qui potuit transgredi, & non est transgressus; facere mala, & non fecit: ideo stabilita sunt bona illius in Dómino.

**Graduale. Psalm. 70. 5.** Dómine spes mea à juventute mea, in te confirmatus sum ex útero; de ventre matris meæ tu es Protector meus.

**V. Psalm. 40. 13.** Mē autem propter innocéntiam suscepisti, & confirmasti me in conspéctu tuo in ætérnum. Alleluja, alleluja. **V. Psal. 65. 5.** Béatus, quem elegisti, & assumpsisti; inhabitat in átriis tuis. Alleluja.

**T S**equéntia S. Evangélii secúndum Matthæum. **Matth. 22. 29.**

**I**n illo tempore: Respónsens Iesus, ait Sadducæis: Erratis, nescientes scripturas, neque virtutem DEI. In resurrectiōne enim neque nubent, neque nubentur; sed erunt sicut Angeli Dei in ccelo. De resurrectiōne autem mortuorum non legistis, quod dictum est à Deo dicente vobis: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob? Non est Deus mortuorum, sed viventium. Et audiētes turbæ mirabāntur in doctrina ejus. Pharisæi autem audiētes, quod silētum imposuīsses Sadducæis, convenērunt in unum; & interrogāvit eum unus ex eis legis Doctor, tentans eum: Magister, quod est mandatum magnum in lege? Ait illi JESUS: Diliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota ánima tua, & in tota mente tua. Hoc est máximum, & primum mandatum. Secúndum autem simile est huic: Diliges próximum tuum sicut te ipsum. In his duóbus mandatis univerſa lex pendet, & Prophētae. **Credo.**

**Offertorium. Psalm. 23. 3.** Quis ascendet in montem Dómini, aut quis stabit in loco sancto ejus? innocens manibus, & mundo corde.

**Secreta.**

**C**elesti convivio fac nos, Dómine, nuptiali veste indutos accumbere,

quam B. Aloysii pia præparatio, & juges lácrymæ inæstimabili bus ornabant margaritis. Per Dóminum.

**Communio. Psalm. 77. 25.** Panem cœli dedit eis: panem Angelorum manducavit homo.

**Postcommunio.**

**A**ngelorum esca nutritos Angelicis etiam, Dómine, da móribus vívere; & ejus, quem hodie colimus, exémplo in gratiarum semper actione manére. Per Dóminum.

**Die XXVII. Junii.**

**IN FESTO**

**S. Ladislai, Regis Hungariæ, Confess.**  
Duplex in Diœcesi Vilnensi, Samogit. & Livoniæ

**Missa ex xxv. August. Festa S. Ludo-vici, Confess.**

**Oratio.**

**D**EUS, qui beatum Regem Ladisláum Confessorem tuum divinis decorasti miraculis, praesta quæsumus, ut ejus suffragantibus meritis, ab omnibus semper muniamur adversis, & gaudiis perfruamur æternis. Per Dóminum.

**FESTA JULII.**

**Dominica proxima post Octav. SS. Petri & Pauli.**

**IN FESTO**

**B. Joannis de Dukla Confess. P. R. P.**  
**Missa:** Justus, ut palma. **ex Commun.**  
**Conf. non Pont.**

**Oratio.**

**D**EUS, qui Beatum Joannem Confessorem tuum eximiae humilitatis & patientiae donis recreasti; concéde propitiis, ut ejusdem imitantes exempla, consequamur & præmia. Per Dóminum nostrum JESUM Christum Filium tuum. &c.

**Die**

**Die VII. Julii.**

**MISSA**

In Festo S. Pulcheriæ Virg. Imperatricis.

**Introitus. Psalm. 44.**

 Ultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis: adducentur Regi virgines post eam: proximæ ejus adducentur tibi in lætitia & exultatione.

**Psalm. ibid.** Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi.

**V. Glória Patri.**

**Oratio.**

**D**EUS, qui beatam Pulcheriam Virginem tuam singulari castitatis prærogativa decorasti, quique illi ad defendendam Ecclésiam tuam summum Fidei amorem tribuere voluisti; concéde, ut ejus intercessione Tibi puris mentibus inhærentes, ab omnium hominum insidiis misericorditer liberemur. Per Dóminum.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apóstoli ad Corinthios. 1. Cor. 7. d.**

**F**ratres, de Virginibus præceptum Domini non hábeo: consilium autem do, tamquam misericordiam consecutus à Dómino, ut sim fidelis, exstimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem: quóniam bonum est homini sic esse. Alligatus es uxori? noli querere solutionem. Solutus es ab uxore? noli querere uxorem. Si autem accéperis uxorem, non peccasti. Et si nupserit virgo, non peccavit. Tribulacionem tamen carnis habebunt hujusmodi. Ego autem vobis parco. Hoc itaque dico, fratres, tempus breve est. Réliquum est, ut & qui habent uxores, tamquam non habentes sint.

**Graduale. Psalm. 44.** Specie tua, & pulchritudine tua: intende, pròspere

procéde, & regna. **V. Propter** veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluja, alleluja.

**V. Filiæ Regum** in honore tuo, ástitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Alleluja.

**T** Sequentia S. Evangelii secundum Joannem. **Joan. 17. 3.**

**I**n illo tempore dixit Iesus: hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum DEUM verum, & quem misisti JESUM Christum. Ego te clarificavi super terram, opus consummavi, quod dedisti mihi, ut faciam. Et nunc clarifica me tu Pater apud temetipsum claritate, quam habui: prius quam mundus esset apud te. Manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo: tui erant, & mihi eos dedisti, & sermónem tuum servaverunt. Nunc cognoverunt, quia omnia, quæ dedisti mihi, abs te sunt: quia verba, quæ dedisti mihi, dedi eis, & ipsi accepérunt, & cognoverunt verè, quia à te exívi, & credidérunt, quia tu me misisti.

**Offertorium. Judith. 15. 10.**

**T**u gloria Hierusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri; quia fecisti viriliter, & confortatum est cor tuum, eo quod castitatem amaveris.

**Secræta.**

**A**ccépta tibi sit, Dómine, sacratae plebis oblátio pro tuorum honore Sanctorum, quorum se méritis de tribulacione percepisse cognoscit auxilium. Per Dóminum.

**Communio. Sap. 4. 1.**

**O** quæ pulchra est casta generatio cum claritate; immortalis est enim memoria illius: quóniam & apud Deum nota est, & apud homines.

**Postcommunio.**

**S**atiasti, Dómine, familiam tuam munéribus sacris: ejus, quæsumus,

**F**sem-

semper interventione nos refove, cuius solémnia celebrámus. Per Dóminum nostrum.

Die IX. Julii.

**I N F E S T O**  
SS. Martyrum Gorcomiensium, in Diœcesi Posnaniensi, Plocensi, & Varmensi, ad libit.

Missa. Intret in conspéctu. de Communi Mart.

Die XIII. Julii.

**I N F E S T O**  
S. Margaritæ Virginis & Martyris.  
Missa. Me expectavérunt. de Communi Virg. & Martyr.

Die XV. Julii.

**I N F E S T O**  
Divisionis Sanctorum Apostolorum.

Introitus. Psalm. 138.

**M**ichi autem nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis conformatus est principatus eorum.

Psalm. ibid. Dómine probasti me, & cognovisti me: tu cognovisti sessionem meam, & resurrectionem meam. **V. Glória Patri.**

Oratio.

**D**EUS, qui Ecclésiam tuam distributam per orbem terrarum, sanctorum Apostolorum prædicatione fundasti, concéde propítius, ut quorum hodierna die sub una celebritate recolimus insignia, eorum in cunctis necessitatibus nostris experiámur suffragia. Per Dóminum nostrum JESUM Christum Filium tuum.

Léctio Epistolæ beati Pauli Apóstoli ad Ephesios. **Ephes. 2, d.**

**F**rátres, jam non estis hóspites, & advenæ: sed estis cives Sanctórum,

& Doméstici Dei: superædificati super fundaméntum Apostolórum, & Prophetarum, ipso summo angulári lápide Christo Iesu: in quo omnis ædificatio constrúcta crescit in templum sanctum in Dómino, in quo & vos coædificámini in habitaculum Dei in Spíritu sancto.

**Graduale. Psalm. 44.** Constitues eos principes super omnem terram: mémoires erunt nōminis tui Dómine.

**V. Pro** pátribus tuis nati sunt tibi filii: propterea pópoli confitebúntur tibi. Alleluja, alleluja.

**V. Joan. 15.** Ego vos elégi de mundo, ut éatis, & fructum afferatis: & fructus vester máneat. Alleluja.

**† Sequéntia sancti Evangélii secundum Lucam. Luke 9:**

**I**n illo tempore: Convocatis JESUS duódecim Apóstolis, dedit illis virtutem & potestatē super ómnia dæmónia, & ut languores curárent. Et misit illos prædicare regnum Dei, & sanare infirmos. Et ait ad illos: Nihil tuléritis in via, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecúniam, neque duas tunicas habeatis. Et in quacumque domum intraveritis, ibi manéte, & inde ne exéatis. Et qui cùmque non recéperint vos: exeúentes de civitate illa étiam púlverem pedum vestrórum excútite in testimónium supra illos. Egréssi autem circuíbant per castella evangelizantes & curántes ubique.

Credo.

**Offertorium. Psalm. 13.** In omnem terram exivit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum.

Secræta.

**G**loriam, Dómine, Sanctórum Apostolórum tuorum perpétuam in eorum divisione recensentes, quæsumus, ut eam sacris mystériis expiáti,

dignius

dignius celebrémus. Per Dóminum nostrum JEsum Christum.

**Praefatio de Apostolis.**

**Communio. Math. 19.** Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes, judicantes duódecim tribus Israel.

**Postcommunio.**

**P**erceptis Dómine Sacraméntis supplíciter exorámus: ut intercedéntibus beátis Apóstolis tuis, quæ pro illórum veneranda gérimns commémoratione, nobis proficiant ad medélam. Per Dóminum nostrum.

Die XVI. Julii.

**I N F E S T O**  
S. MARIAE de Monte Carmelo.  
Missa ut in Roman. Missal.

Die XVI. Julii.

**I N F E S T O**  
SS. Eremitarum Andreæ & Benedicti Martyrum.

Missa. Sapientiam, de communione plurimorum Martyrum.

Die XVIII. Julii.

**IN FESTO**  
B. Simonis de Lipnica, Confessoris.

Missa. Os Justi. de Communi Confess. non Pontif.

Oratio.

**C**oncède quæsumus omnipotens & misericors DEUS, ut beati Simonis Confessoris tui præclara mérita nobis proficiant, & Tuā gratiā, quam precámur, nos dignos efficiant, in qua firmati, tuæ gloriæ simus annumerati. Per Dóminum nostrum &c.

**Orat. hæc approb.** pro Ord. S. Francisci. Pro Clero Sæcul.

Oratio.

**D**EUS, qui Beati &c. ex Communi Conf. non Pont.

Die XX. Julii.

**I N F E S T O**

B. Ceslai Confessoris P. R. P.

Missa: Os Justi. ex Commun. Conf. non Pont. Evang. Designavit Dóminus. ex Commun. Evangel.

Oratio

**D**EUS, qui beatum Cesláum virginem morum candore præditum, & salutis animarum zelo succénsum in diversis nationum populis, operum sanctitatem, & fidei propagatione mirabilis effecisti: præsta quæsumus, ut ejus intercessione simus semper in fide stables, & ad te, qui solus es æternæ salutis auctor ac largitor, misericordia tua múnere perveire valeamus. Per Dóminum nostrum.

Die XXIV. Julii.

**N F E S T O**

S. Christinæ Virg. & Martyris.

Missa. Me expectavérunt. de Communi Virg. & Mart.

Oratio. Indulgéntiam. & fit comémoratio Vigiliæ sancti Jacobi, nisi sit Patrona vel Titularis Ecclesiae.

Dominica proxima post XXIV. Julii.

**I N F E S T O**

Beatæ Cunegundis Virginis.

Missa. Dilexisti. de Commun. Virg. non Mart.

Oratio.

**D**EUS, qui B. Cunegundem dulcidenis tuæ benedictionibus prævenisti, ac Virginem etiam in coniugio conservasti, præsta, quæsumus, ut ipsa interveniente per vitæ puritatem, tibi jūgiter adhærere, & per ejus vestigia gradiéntes, ad te pervenire feliciter mereámur. Per Dóminum nostrum.

## FESTA AUGUSTI.

Die XVI. Augusti.

IN FESTO  
S. ROCHI, Confessoris.  
Missa ex Communi Abbat.

Oratio.

**D**EUS, qui gloriósus es in Sanctis tuis, quique cunctis ad eorum patrocínia confugientibus suæ petitionis salutarem prætas efféctum; concéde plebi tuæ, ut intercedente B. Rocho Confessore tuo, quæ in ejus commémoratiōne se devótam exhibet, à languore epidēmiæ, quem in suo corpore pro tui nōminis gloriæ passus est, sit libera, & tuo nōmini semper sit dévota. Per Dóminum nostrum.

Die XVIII. Augusti.

In Festo S. Clarae de Monte Falco.

Oratio.

**D**EUS, qui beatam Virginem tuam Claram clarificans, in ipsius Cörpore Passiōnis Tuæ, & Trinitatis Mysteria renovasti: præsta quæsumus; ejus præcibus & imitatiōne sic nos Tuæ Passiōnis amaritudinem recordari, ut Trinitatis beatitudine pérfrui mereamur. Qui vivis & regnas cum DEO Patre &c.

Die XIX. Augusti.

IN FESTO  
S. Benignæ Virginis & Martyris.

Introitus. Psalm. 118

**I**oquebar de testimoniis tuis in conspectu Regum, & non confundébar: & meditábar in mandatis tuis, quæ diléxi nimis.

Psalm. ibid. Beati immaculati in via: qui ámbulant in lege Dómini. **V. Glória Patri.**

Oratio.

**D**EUS, qui inter cætera potentiæ tua miracula, etiam in sexu frá-

gili victoriā martyrii contulisti: concéde propitiū; ut, qui beatæ Benignæ virginis & martyris tuæ natalitia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dóminum.

Epistola. Confitebor tibi Dómine Rex. de Communi Virg. & Martyris.

Graduale. Psalm. 45. Adjuvabit eam Deus vultu suo: Deus in medio ejus non commovēbitur. **V.** Fluminis impetus létificat civitatem Dei: sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Alleluja, alleluja. **V.** Psalm. 44. Adducētur Regi virgines post eam, proximæ ejus afferentur tibi in létitia. Alleluja.

Evangelium. Símile erit regnum celorum decem Virginibus. de Communi Virginis & Martyris.

Offertorium. ibid. Diffusa est grātia in lábiis tuis, propterea benedixit te DEUS in æternum, & in sæculum sæculi.


Secreta.

**S**uscipe Dómine múnera, quæ in beatæ Benighæ virginis & martyris tuæ solemnitatē deférimus, cujus nos confidimus patrocínio liberari. Per Dóminum nostrum.

Communio. Math. 25. Quinque prudētes virgines accepérunt óleum in vasis suis cum lampádibus: média autem nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, exite óbviā Christo Dómino.

Postcommunio.

**A**uxiliéntur nobis, Dómine, sumpta mystéria: & intercedente beatæ Benignæ Vírgine & Martyre tua, sempiterna fácent protectione gaudere. Per Dominum.



Die

Die XXIV. Augusti.

IN FESTO  
Sancti Hyacinthi Confessoris.

Introitus. Psalm. 36.



**S** justi meditabitur sapientiam, & lingua ejus loquétur judicium: lex Dei ejus in corde ipsius. **Psal. ibid.** Noli æmulari in malignantibus: neque zeláveris facientes iniquitatem.

**V.** Gloria Patri.

Oratio.

**A**d hunc Dómine supplicationibus nostris, quas in beatæ Hyacinthi Confessoris tui solemnitatē deférimus: ut qui nostræ justitiae fiduciām non habēmus, ejus, qui tibi plácuit, præcibus adjuvemur. Per Dominum nostrum JESUM Christum.

Vel. Oratio.

**D**EUS, qui beatum Hyacinthum Confessorem tuum, in diversis nationum populis operum sanctitate, & miraculorum gloria fecisti conspicuum: da nobis, ut suis in melius reformemur exémplis, & in adversis protegámur auxiliis. Per Dóminum nostrum JESUM Christum Filium tuum: qui tecum vivit & regnat in unitate Spíritus sancti DEUS.

Léctio Epistolæ beati Pauli Apóstoli ad Corínthios. **1. Cor. 4. b.**

**F**ratres: Spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus. Nos stulti propter Christum, vos autem prudētes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles. Usque in hanc horam & esurimus, & sitiimus, & nudis sumus, & cölaphis cædimur, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris: maledicimur, & benedicimur: persecutiōnem pátimur, &

sustinémus: blasphemamur, & obscramus: tamquam purgamenta hujus mundi facti sumus, omnium peripséma usque adhuc. Non ut confundam vos, hæc scribo, sed ut filios meos charíssimos móneo. In Christo JESU Dómino nostro.

Graduale. Psalm. 91. Justus ut palma florebit: sicut cedrus Líbani multiplicabitur in domo Dómini.

**V.** Ad annuntiandum manè misericordiam tuam & veritatem tuam per noctem. Alleluja, alleluja.

**V.** Jac. 1. Beatus vir, qui suffert temptationem: quóniam cum probátus fuerit, accipiet corónam vitæ. Alleluja.

+ Sequentia S. Evangelii secundum Lucam. **Luc. 12.**

**I**n illo tempore: Dixit JESUS discipulis suis: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis; ut, cum vénérerit, & pulsaverit, conféstim apériant ei. Beati servi illi, quos cum vénérerit dominus, invenerit vigilantes: amen dico vobis, quod præcingeret se, & faciet illos discubere, & tránsiens ministrabit illis. Et si vénérerit in secunda vigilia, & si in tértia vigilia vénérerit, & ita invenerit, beati sunt servi illi. Hoc autem scítote, quóniam si sciret paternas familiias, qua hora fur veniret, vigilaret utique, & non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati: quia qua hora non putatis, Filius hominis véniet.

Offertorium. Véritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nōmine meo exaltabitur cornu ejus.

Secreta.

**P**ræsta nobis, quæsumus omnípotens DEUS: ut nostræ humilitatis oblatio, & pro tuorum tibi grata sit hono-

G

honore Sanctorum, & nos corpore pariter & mente purificet. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

**Communio.** Matth. 24. Beatus servus, quem, cum venerit Dominus, invenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum.

**Postcommunio.**

**Q**uæsumus omnipotens DEUS: ut, qui cœlestia aliménta percépi-mus, intercedente beato Hyacintho Confessore tuo, per hæc contra omnia adversa muniámur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit, & regnat in unitate Spíritus sancti Deus.

**Dominica I. post Octavam Assumptionis**  
B. V. M.

**I N F E S T O**  
Translationis S. Casimiri Confessoris.  
**Missa.** Os justi, de Communi Confess. non Pontif.

**Oratio.**

**D**EUS, qui beatum Casimirum de mundi & carnis victoria triumphantem, à terreno ad coeleste Regnum transtulisti; da quæsumus, ut, qui ejus hodie memóriam translatiōnis agimus, ejusdem semper in adversitatibus experiámur suffrágia. Per Dominum.

Die XXIX. Auguſti.

**I N F E S T O**  
Sanctæ Sabinæ Martynis.

**Introitus.** Psalm. 118.

**E**xpectaverunt peccatores, ut perderent me: testimonia tua Dómine intellexi: omnis consummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.

**Communio.** Psalm. 118. Príncipes persecuti sunt me gratis, & à verbis tuis formidavit cor meum: lætabor ego super elóquia tua, quasi qui inventi spolia multa.

**Postcommunio.**

**D**ivini munera largitate satiati, quæsumus Dómine DEUS noster: ut intercedente beata Sabina martyre tua, in ejus semper participatione vivamus. Per Dominum nostrum.

Die

Die XXX. Auguſti.

**I N F E S T O**

Sanctæ Rosæ Limanæ.

**Missa.** Dilexisti. ex Communi unius Virginis.

**Oratio.**

**B**onorum omnium largitor omnipotens DEUS, qui B. Rosam cœlestis gratiae rore præventam, Virginitatis & pudicitiae decore Indis florescere voluisti: da nobis famulis tuis, ut in odorem suavitatis ejus currentes, Christi bonus odor effici mereamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit, & regnat &c.

**In Diœcesi Vilnensi, Samogetien. Livoniæ celebratur xxvi. August.**

Die XXX. Auguſti.

**I N F E S T O**

SS. Felicis, & Audacti, MM. in Diœcesi Vilnensi, Samoget. & Livon.

**Missa** ut in Missal. Rom. additur Collecta pro gratiarum actione.

**FESTA SEPTEMBRIS.**

**Dominica II. post Octavam Assumptionis**  
B. V. M.

**I N F E S T O**  
S. Joachim Patris B. M. V. P. R. P.  
**Missa:** ut in Missal. Roman.

**Dominica infra Octavam Nativitatis**  
B. V. M.

**I N F E S T O**  
Sanctissimi Nominis B. V. MARIAE.

**A**sacra Rituum Congregatione die xxxi. Maij, anno MDCLXX. concessa; ut licite à quibuscumque Presbyteris per totam Diœcesim Vilnen. in festo Nominis B. V. M. primâ Dominicâ post octavam Nativitatis ejusdem B. V. in posterum celebrando, recitari possit. Quam etiam ad libitum per modum votivæ huic SS. Nomini devotis celebrare licebit.

**Introitus.** Psalm. 44.



Ultum tuum depreca-buntur omnes diyites plebis; adducētur Regi Vírgines post eam, proximæ ejus adducētur tibi in lætitia & exultatione.

**Psalm.** ibid. Eruetávit cor meum verbum bonum, dico ego ópera mea Regi.

**V. Glória Patri.**

**Oratio.**

**D**EUS, qui gloriósam Matrem tuam nominári MARIAM voluisti, concéde quæsumus, ut, qui dulce MARIAE Nomen implorant, perpétuum séniant tuæ benedictionis effectum, qui vivis & regnas.

Lectio Libri Sapientiæ. Eccl. 24.

**E**go quasi Vitis fructificavi suavitatem odoris: & flores mei fructus honoris & honestatis. Ego Mater pulchræ dilectionis, amoris, & sanctæ spei. In me grátia omnis viæ & veritatis: in me omnis spes vitæ, & virtutis. Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, & à generationibus meis adimplémici. Spíritus enim meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & favum. Memória mea in generationes fæculorum. Qui edunt me, adhuc esúrent, & qui bibunt me, adhuc sítient. Qui audient me, non confundéntur: & qui operántur in me, non peccábunt. Qui elúcident me, vitam æternam habebunt.

**Graduale.** Benedicta, & Venerabilis es Virgo MARIA, quæ sine tactu pudoris inventa es Mater Salvatoris.

**V.** Virgo DEI génitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. Alleluja, alleluja.

**V.** Tu glória Hierusalem, tu lætitia Israel, tu honorificéntia pópuli nostri. Alleluja.

**† Sequéntia S. Evangélii secundum**  
Lucam. **Luc. i.**

**I**n illo tempore: Missus est Angelus Gábel à DEO in civitatem Galilææ, cui nomen Názareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, & nomen Virginis, María. Et ingrēsus Angelus ad eam dixit: Ave gratiæ plena, Dóminus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quæ cùm audisset, turbata est in sermone ejus: & cogitabat, qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne tímeas María: invenisti enim gratiæ apud DEUM. Ecce concipies in útero, & páries filium: & vocabis nomen ejus JESUM. Hic erit magnus: & Fílius Altissimi vocabitur. Et dabit illi Dóminus DEUS sedem David Patris ejus: & regnabit in domo Jacob in æternum: & regni ejus non erit finis. Dixit autem María ad Angelum: Quómodo fiet istud, quóniam virum non cognósco? & respónsens Angelus dixit ei: Spíritus Sanctus supervéniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideóque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Fílius DEI. Et ecce Elisabeth cognáta tua, & ipsa concépit filium in senectute sua. Et hic ménis sextus est illi, quæ vocatur stérilis: quia non erit impossibile apud DEUM omne verbum. Dixit autem María: Ecce ancilla Dómini: fiat mihi tecundum verbum tuum.

**Offertorium.**

**A**ve MARIA gratiæ plena: Dóminus tecum: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.

**Secreta.**

**T**ua Dómine propitiatióne, & beátæ MARIAE semper Virginis in-

tercessióne, ad perpétuam atque præfentem hæc oblatio nobis proficiat prosperitatem & pacem. Per Dóminum nostrum IESUM Christum Fílium tuum.

**Communio.**

Beáta víscera MARIAE Vírginis, quæ portavérunt æterni Patris Fílium.

**Postcommunio.**

**S**umptis Dómine salútis nostræ subsídiis, da quæsumus Beátæ Mariæ semper Virginis patrocíniis nos ubique prótegi, in cujus veneratióne hæc tuæ obtúlimus majestati. Per Dóminum nostrum IESUM Christum Fílium tuum, qui tecum vivit &c.

**Die IV. Septembris.**

**IN FESTO**  
**S. Rosaliæ Virginis Panormitanæ, in**  
**Dioeces, Posnan, & Varmien.**  
**Missa ut in fine Missalis.**

**Die X. Septembris.**

**IN FESTO**  
**Sancti Dalmatii Martyris.**

**Introitus. Psal. 20.**



N virtute tua, Dómine, lætabitur justus: & super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium ánimæ ejus tribuisti ei.

**Psalm. ibid.** Quóniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in cápite ejus corónam de lápide pretioso. **V. Glória Patri.**

**Oratio.**

**O**mnipotens sempiterne DEUS, fidélium tuorum indeficiens conservátor, qui gloriósi martyris tui Dalmatii clarificare dignátus es solemnitatem: exaudi preces supplicántis Ecclesiæ, & præsta, ut, quæ devótè expe-

sus: Vade, & tu fac similiter.

Credo.

**Offertorium. Ephes. 5.12.**

**A**mbuláte in dilectione, sicut & Christus diléxit nos, & trádidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suavitatis.

**Secreta.**

**O**blationem nostram, que sumus Domine, suscipere digneris, nobisque peccáta indulge, intercedente beato Joánnne Confessore tuo, cuius gloriosa Translatione lætamur. Per Dominum.

**Communio. Luc. 6.**

**M**ultitudo languéntium veniébat ad eum, & curábat omnes.

**Postcommunio.**

**E**odem nos, Deus, per hæc sancta, quæ sumpsimus, igne purifica, quo beatum Joánnem voluísti indefinénter accéndi: ut ejus semper inflammémur exémplis, cuius Exuviarum Translationem venerárum. Per Dominum nostrum Iesum Christum Fílium tuum qui tecum vivit & regnat in unitate, &c.

# D E C R E T U M

## SACRÆ RITUUM CONGREGATIONIS.

**S**uprascriptum Officium proprium cum Missa, prout jacet, per Eminensissimum, & Reverendissimum D. Cardinalem de Gentilibus diligenter revisum, atque examinatum, & in Sac. Rituum Congregatione relatim; Sac. eadem Congregatio, auditio prius R. P. D. Ludovico de Valentibus Fidei Promotore, ad instantiam Superiorum Generalium Ordinis S. Joannis de Deo benignè approbavit, ut singulis annis die vigesima octava Novembribus in festo Translationis ejusdem S. Joannis de Deo, eorum Fundatoris, sub Ritu Duplici primæ Classis cum Octava ab omnibus Religiosis prefatis Ordinis recitari, & Missam respective etiam a Sacerdotibus, ad eorum Ecclesias confluentibus, celebrari posse, ac imprimi concessit. Hac die 3. Septembris 1746.

**Loco + Sigilli,**

F. J. A. Card. Guadagni pro-Præfектus.

T. Patr. Hierosolymit. Secret.

